

## Decimusquartus

De Vitium natura: & quibus modis ferant.

Cap. i.

**Q**uibus iure apud priscos magnitudine quoque inter arbores numerabantur. Iouis simulacrum in urbe populonio ex una conspicimus uite tot avis in corruptum. Item massiliae pateram, Metaponti templum iunonis uitigineis columnis stetit. Etiamnum scalis tectum ephesiae Dianae scanditur uite una cypria (ut ferunt) quoniam ibi ad praecipua altitudinem exeunt. Nec est ligno ulli aeternior natura. Vix ista ex siluestribus facta crediderim quando haec uires tonsura annua coercetur: & uis eae omnis euocatur in palmites aut deprimatur in pagines: succique tantum gratia ex iis pluribus modis ad caeli mores solique ingenia. Iam in campano agro populis nubunt: maritimaque complexae: atque per ramos eae procacibus brachiis geniculato cursu scandentes cacumina aequant: in tantum sublimes ut uindemiator autoratus rogum ac tumulum excipiat. Nullo sine crescunt: diuidique aut potius auellere nequeunt. Villas & domos ambiri singulae palmitibus ac sequacibus Iouis memoria quoque dignum inter prima Valerianus quoque Cornelius existimauit. Una uitis romae in liuia porticibus subdiuales deambulationes umbrosis operculis opacat. Eademque duodenis musti amphoris foecunda. Ulmos quidem ubique exuperant. Miraturque altitudinem eae ariciae ferunt legatum regis Pyrrhi Cyneae facere iussisse in austeriore gustu uini merito matrem eius pendere in tam alta cruce. Rumpotinus uocatur & alio nomine populus arbor italiae padum transgressis: cuius tabulata in orbem patula replent: puroque producto dracone in palma eius inde subrectes ramoque digitos flagella dispergunt. Eadem modici hominis altitudine adminiculate sudibus horrent: uineaque faciunt: & aliae improbo reptatu pampinorumque superfluitate peritia domini amplo discursu atria media complentes. Tot differentias uel sola tantum italia recipit. Stat prouintiae aliquae per se uitis sine ullo pedamento: artus suos in se colligens: & breuitate caespitudine pascens. Vetant hoc aliubi uenti: ut in africa & in narbonensis prouintiae partibus. Excrescereque ultra suos pollices prohibita: semperque pastinatis similes herbarum modo uagantur per arua: ac succum terrae passim uis bibunt: quae ob id magnitudinem infantium puerorum interiore africae parte exuperant uires. Una non alibi gratior callo: ut inde possit inuenisse nomen duracini durus acinus. Namque generum magnitudine: colore: saporibus acini innumerata etiamnum multiplicantur uino. Hic purpureo lucent colore: illic fulgent roseo: nitentque uiridi. Candidae. n. nigraeque uulgares. Tument uero mammae modo bumasti. Praelongis dactyli porriguntur acinis. Est & illa naturae lasciuia: ut praegrandibus adhaereat per gulis parui: mites & suauitate certantes leprothagas has uocant. Durant aliae per hyemem pensili concaemerate nodo. Aliae in sua tantum continentur anima ollis fistilibus & insuper foliis inclusa stipatae uinaceis circumsudantibus. Alii gratiam qui & uinis fumus affert Fabrilis: uisque gloriae praecipuam in fornacibus africae Tiberii Caesaris auctoritas fecit. Ante eum reticis prior mensa erat & uilis ueronensium agro. Quin & a patientia nomen acinis datur passis. Conduuntur & musto uuae ipsaeque uino suo inebriantur. Aliae decoctae in musto dulcescunt. aliae uero sobolem nouam in matre ipsae expectant traslucida uitto: affertque acinis tandem: quae in doliis amphoris uel duratricem illam firmitatem austeritas picis insula pediculo. Iam inuenta uitis per se in uino picem habens resipiensque. Viennensem agrum Nobilitas: aruemo secanoque: & heluico generibus non pridem illustrata: atque haec Virgilio uatis aetate incognita: a cuius obitu nonaginta aguntur anni. Quid quod insertae castris summam rerum imperiumque continentur Centurionum in manu uitis: optimo praemio tardos homines ad lentas perducit aquilas: atque etiam in delictis poenam ipsam honorat. Nec non uineae oppugnationum dederunt rationem. Nam in medicamentis a deo magnum optinent locum ut per sese uino ipso remedia sint.

De generibus uitium.

Cap. ii.

**G**enera uitium comprehendere numero unus existimauit Democritus: cum sibi gratiae cognita profusus. Caeteri innumera atque infinita esse perdidit. Quod uerius apparebit ex uinis. Nec omnia dicent: sed maxime insignia: quippe quae totidem sunt pene quod agri. Quobrem celeberrimas uitium aut quibus est aliqua proprietate miraculum ostendisse satis erit. Principatus datur amineis propter firmitatem senioque proficientem uini eius ubique uitam. Quinque eius genera. Ex iis germana minus acino melius deflorescit: hymbres repestatesque tolerat. Non ita maior sed in arbore quae in iugo minus obnoxia. gemellaeque quibus hoc nomen uuae semper geminae dederunt asperimus: sapor: sed uires praecipuae. Ex iis minor austro laeditur: caeteris uentis alitur: ut in uesuuio monte surrentinisque collibus. In reliquis italiae partibus non nisi arbori accommodata. Quintum genus lauatae ne seres miremur aut indos: adeo lanugo ea uestit. Prima ex amineis maturescit ocissime atque putrescit. Proxima dignitas ueietanis rubetae materia. Quapropter quidam rubellas appellauerunt uineas. Eae minus fertiles uinaceis: & faece nimiae. Contra pruinas fortissima: siccitate magis quam hymbre: aestu quam algore uexantur. Quamobrem in frigidis humidisque principatum optinent. Fertior quae minor acino: & folio scissa minus. Apianus apes dederunt cognomen: praecipue eae auidae. Ex iis duo genera: lanugine & ipsae pubescunt. Distat quae altera celerius maturescit: quamque & altera properante. Situs frigidus non respuunt: & tamen nullae celerius hymbre putrescunt. Vina primo dulcia austeritate annis recipiunt: & rubra fiunt. Nulla magis uite gaudet. Et haec

Vuls an  
illis

Vino aci-  
nis